



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 5. Eiusdem Horatij locus ex Isocrate propè conuersus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

Eiusdem Horatij locus ex Isocrate propè conuersus.

CAP. V.

VENIT mihi in mentem quorundam eiusdem poëta versuum è Sermonibus, quibus exponit, quæ primis temporibus vita hominum fuerit, agrestis videlicet, & ferina: utque post, rationis & orationis beneficio, ad ciuiliorem viuendi modum, & humanæ naturæ magis consentaneum venerint: qui quidem versus tantam habent cum Isocrate à quadam eiusdem rei narratione similitudinem & conuenientiam, ut eam poëta non modò imitatus, sed propè interpretatus esse videatur. qua de re ut cuius utriusque linguæ intelligenti existimare liceat, utriusque verba subiliciam. His igitur versibus eam Latinus vates sententiam est executus:

*Cum proreperunt primis animalia terris,
Mutum & turpe pecus, glandem atque cubilia propter,
Vnguib; & pugnis, dein sustibus, atque ita porro
Pugnabant armis, quæ post fabricauerat vsus:
Donec verba, quibus voces sensusq; notarent,
Nominaq; inuenere. dehinc abstinere bello,
Oppida ceperunt munire, & ponere leges.*

Isocrates autem ita Nicoclem loquentem facit: Ἐγχο-
μένε δ' ἡμῖν ᾧ πείθει ἀλλήλους, καὶ δούλον ποιεῖς ἡμᾶς αὐτὰς ποιεῖ ὡς
αὐτὸν βυλλισθῶμεν, ἔμφορον τῶ θεοῦ δ' ὡς ζῆλον ἀπιδράγημεν. ἀλλὰ καὶ
συνελθόντες πόλεις ἀκίσσαμεν, καὶ νόμους ἐθέμεθα, & quæ se-
quuntur.

*Ciceronis locus ex oratione pro P. Quintio pulchre à
Paulo Manutio correctus.*

CAP. VI.

QUOD si facere nolit, atque inhibuerit eiusmodi
rationibus illum ad suas condiciones perducere: sese
nihil precari, & si quid agere velit, iudicio defendere. Ita
leguntur

Ant. Muret
Varia Lectiones
LIB
25